



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

2. Decembris. 4. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

S. BERNARDUS, s. 4. in die Palm. Vermis
 O vermis conscientia! qui quamdiu consci-
 vivit, nunquam interiora cordis co- entia.
 medere & depascere omittit: qui nun- malum
 quam vivere, & per hoc rodere desi- horri-
 nit, nisi eum mucrone puritatis suæ bile.
 humilis confessio jugulaverit.



2. Decembris. 4. Nonas.

B. ROBERTE: qui Monasterium de *Floruit*
 Mata-Plana primus regendum sus- *anno*
 cepisti; sed labore tam felici, ut sterilis *1185.*
 antè & inhabitabilis terra tuo parens
 imperio in lætissimam fertilitatem ef-
 floruerit. Quo mirabili privilegio
 DEUS tuas etiam exuvias donavit:
 cùm enim vicini agricolæ vel tempe-
 statum vel locustarum injuriis vexan-
 tur, solenni supplicationis ritu per
 campos sub tui nominis invocatione
 procedunt, semper votorum compo-
 tes. Nullam terram tam siccam ac steri-
 lem esse credo, quàm sit cor meum: tu illud
 imbre devotionis riga, ne hanc miseriam
 meam ultra cogar deplorare.

B. ANSELME monache in Ger- *Fl. circ.*
 mania: qui licet animi corporisque *annum*
 puritatem, uti & alia divinæ gratiæ *1200.*
 dona,


122 ANNI CISTERCIENS.

dona, sub quadam caligine humilitatis seruares occulta, ea tamen DEUS pluribus signis in lucem produxit. Quorum illud quemadmodum frequentius, ita & illustrius fuit; quando *ba su-* aut Diaconus Evangelium, aut Sacer-
per ca- dos Sacrum cantabas, visa est candoris
put ce- splendori columba capiti tuo immine-
lebran- re. Ex his tamen cœli favoribus ad cœ-
tis cer- non superbiebas, ut te maximum pec-
nitur. catorem, & hominum consortio in-
dignum iudicares: unde passim te om-
nium precibus commendabas, maxi-
mè Henrici Conuersi pietate eximit.
Is cum pro te aliquando preces funde-
ret, hanc vocem audivit: Tu pro An-
selmo oras, istamen talis est, ut ma-
gis pro te orare possit. *Etiã pro me o-*
ra, cum te posse iam certum sit: fac ut ora-
tiones meæ à Deo exaudiantur: amove
peccatorum meorum obstacula, quæ sola
nempe occludunt aures Divinas.

S. BERNARDUS, s. in cana Dom.

Pedes Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes
animæ lauet. Id est, qui gravia peccata non
sunt habet: cujus caput, id est, Intentio, &
*eius af-*fectus. *manus, id est operatio & conversatio*
munda est. Sed pedes sunt animæ af-
fectiones, dum in hoc pulvere gradi-
mur ex

mur ex toto mundi esse non possunt,
quin aliquando vanitati, aliquando
voluptati aut curiositati plus quàm o-
portet, cedat animus vel ad horam.



3. Decembris. 3. Nonas.

S. GALGANE: qui post triginta an-
nos inter seculi vitia transactos ab
Archàngelo Michaële per quietem mo-

nitus es, ut reliquum vitæ in eremo
perageres. Sed à Matre persuasus ad
nuptias, cùm ad visendam sponsam
properares, equo progredi renuente,
à monitore tuo ad cacumen Sepii
montis ductus es. Ibi crucem è ligno
fabricaturus, à maligno tamen hoste
impeditus, enssem petrae infixisti, quæ
instar ceræ liquidam ferro se præbuit.

At Mater ut te reduceret, destinatam
sponsam tibi exhibuit: quæ tuo allo-
quio statim mutata in aliam, ex dote
Cisterciense monasterium construxit,
suscepto ibidem Virginali velo. Irrita
hæc cecidisse tela dolens infernus, a
perta vi de statione te movere conaba-
tur, objectis variae formæ larvis, a te
tamen facilè explosis. Frequens inte-
rèa fuit ad te populi accursus, post-
quam nempe cæci, surdi, aliisque mi-
seriis

Obijt
anno
1181.

A. S.
Micha-
ele in
eremi
duci-
tur.

Sponse
persua-
det vir-
ginita-
tem.